

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Tagesanbruch nach schweren Kämpfen

- 1 Nondum cuncta polo vigil inclinaverat astra
2 ortus et instantem cornu tenuiore videbat
3 luna diem, trepidas ubi iam Tithonia nubes
4 discutit ac reduci magnum parat aethera Phoebō:
5 agmina iam raris defessa penatibus errant,
6 noctis quæta moras; quamvis tunc otia tandem
7 et primus post bella sopor, tamen ægra quietem
8 pax fugat et sævi meminit victoria belli.
9 vix primo proferre gradum et munimina valli
10 solvere, vix totas reserare audacia portas;
11 stant veteres ante ora metus campique vacantis
12 horror;: ut assiduo iactatis æquore tellus
13 prima labat, sic attoniti nil cominus ire
14 mirantur fusasque putant assurgere turmas.
15 sic ubi perspicuæ scandentem linina turris
16 Idaliæ volucres fulvum adspexere draconem,
17 intus agunt natos et feta cubilia vallant
18 unguibus imbellisque citant ad proelia pinnas;
19 mox ruerit licet ille retro, tamen æra nudum
20 candida turba timet, tandemque ingressa volatus
21 horret et a mediis etiamnum respicit astris.
- 22 Itur in exsanguem populum bellicæ iacentis
23 reliquias quacumque dolor luctusque cruenti
24 exegere duces; hi tela, hi corpora, at illi
25 caesorum tantum ora vident alienaque iuxta
26 pectora; pars currus deflent viduisque loquuntur,
27 hoc solum quia restat, equis; pars oscula figunt
28 vulneribus magnis et de virtute queruntur.
29 frigida digeritur strages: patuere recisæ
30 cum capulis hastisque manus mediisque sagittæ
31 luminibus stantes; multis vestigia caedis
32 nulla, ruunt planctu pendente et ubique parato,

- 33 ac circum informis truncos miserabile surgit
34 certamen, qui iusta ferant, qui funera ducant.
35 saepe etiam hostilis (lusit Fortuna parumper)
36 decepti flere viros; nec certa facultas
37 noscere, quem miseri vitent calcantve cruorem.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Welche Zeit kommt für die Entstehung der Verse in Betracht? Die Antwort ist kurz zu begründen (das gleiche gilt für Vermutungen über den Autor).